



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

Christum honorificè, & Christiana repraesenta[n]t.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

Christum
honorificè,
& Christiana
repræsentat.

11.
Quanta vis
gratiæ Neo-
phyt.

21.
Flagell. vo-
lunt. ii. mo-
ribundi.

rebus in scenam producendis, nihil de suo scurrili audebant inferere, prodibat personam Dei cæli gerens planè vultu eodem, colore & ornatu quo apud nos depictum obseruauerant Salvatorem; circumstantibus illi, ut consueuerant ante aram humili reuerentia Christianis, ille tota eius quem imitabatur assumpta maiestate, sublimi è throno leges iis dabat, hoc est præcepta Decalogi ne verbo quidem ex iis prætermisso. Spondebat constantibus in eorum obseruatione beatam immortalitatem ad quam illos in cælum secum esset rapturus; sin autem vè miseri: nam legum suarum violatoribus paratos inferos, non esse inferi falsorum Deorum, veterum dæmonum similes, qui ex Indis in Sinas venerant emendicaturi venerationem, Bonziorum fallacium rogatu inde forsitan extrudendi. Sic illi loquentem cæli Dominum inducebant: eratque re vera Christianorum vita, summæ Ethnicis admirationi, sed ea præcipuè in cor vnum & animam coagmentata illorum charitas, alienis perinde ut propriis calamitatibus sollicita, nec solum viuentibus, sed etiam mortuis solita opem ferre: ad hæc spontaneæ afflictationes vltra quam deberet ex molli & ignaua Sinarum indole expectari; senesque ipsos in hac secum lucta iunioribus præiisse, seruida vnus probauit pietas (nam erant complures quorum fecem ætatis ab anno septuagesimo ad nonagesimum Christus gratiæ suæ dignatus miraculo fuerat) sed in iis vnus tam crudo diu, & sæpè verberis in semet sauebat, ut ad crepitum plagarum horreat eius familia, præsertim filius. Admodum adolescens, & nondum Christianus, qui morbo postea ad extrema vergens, cum esset baptismo expiatus, mortem quæ Sinis nihil potest esse formidabilium, sic amauit, ut breues quæ supererant eius moras ferret ægerimè, adeò illum certa fiducia Sacerdos noster animarat potiundæ mox beatæ immortalitatis; pudebat enim nihilominus Christo se sistere tam incultum, nullo patè ornatu meritum, ut cui pridè Christiano eras forsitan morituro, serum esset ea colligere. At hic succurrit illi memoria flagellorum quibus assuescit parentem nouerat, rogauitque ut se parte illorum dignaretur; suaque ipse manu eadem quæ sibi infligeret verbera: petitione filij fractus senex bonique illius æterni gaudio, non sensit naturam abhorrentem à dura filij moribundi verberatione, nec addubitauit an fas esset; plagas ei inflixit ducentas (qui fuisse videtur eius modus) inter pias utrimque & dulces lachrimas, quibus pium utriusque errorem, visus est non aspernari Deus imò iuuenis pauld post, inter lætas vitæ quàm prægestabat expectationes, & gratulantis parentis festiuos fletus animam efflauit. Hinc parens Deo gratias acturus in templum ad nos venit, quibus factum narrauit, & se illis debere professus est, quod beatum in cælo filium haberet. Tam certa & firma cælestium persuasionem sustentabatur bonus senex! eratque hæc eadem diuinorum fides Christianis Nancianensibus adeò communis, ut eorum vni, mortem filij quadrumi: simul venirent gratulatum quod certo se sciret receptum cælo filium